

SERMONVM.

*dysquicē*

Impransi: sobrii & sine crapula: quo tēpore mens ipsa recte sapit. Disquirite: cunctis circū spectis querite. nā disquirere significat per oēs partes q̄rere: ut inquirendo nihil nos lateat. Cur hæc s. eueniant. Corruptus iudex: nā ueluti pecunia aut amicitia corruptus iudex iniq̄ iudicat sic animus corruptus aliquo deprauato appetitu s̄per male iudicat leporē sectatus in q̄ re labor magnus est. Lassus: defatigatus: Indomitus. n. equus uehemēter equitē defatigat. Græcari. i. græcos ludos sectari. Militia romana. q. d. res grauissima & asprima. nā romana militia ut i su' perioribus os fidimus assiduis laboribus atq̄ difficultatibus plēiſſima erat. Studio fallente molliter labore. i. ipsa cupiditate ludendi fallente cū q̄dā uoluptate. Laborē austērū. i. dure & asperū: græcum. n. est αὐστηρόν & significat acre: asperū & imite. Dischus: Et de hoc dictū suo loco ē. Cædentē aera: nam disco per aerē pulso cædit ipse aer.

Extuderit. i. expulerit. Fit. n. ex eo qđ est ex & tundo tutudi. Sed geminantia in compositione non geminant. Ergo est extundo extudi. Siccus: quasi siti bundus: nam sitis ē ex defectu humidi.

Inanis: uacuus. i. famelicus. Snia ē cū postq̄ uenatus fueris aut eq̄taueris: aut pila discoue luseris: sis siccus & inanis. i. sitias & exurias. Spne cibum uilē. q. d. nunq̄ spernes. Et ne biberis nisi mel la diluta falerno. i. nisi uinū mulsum qđ conficitur ex uino & melle: sed optimū ex falerno & melle himetio: nā in himeto monte attice regiōis pp̄ thimi copiā optimum oriebatur mel. Promus species piscis est. Atr̄: noxiū & tempestuosum. Hiemat: s̄euuit & i hyemē: idest tempestatem insurgit. Cum pane salis: Qui uiuctus & cicerone & hieronymo teste addito etiam nasturtio herba: persarum fuit. Leniet: mitigabit.

Latrantem: quasi ex fame clamantē ut sit translatio a canibus q̄ ex fame latrānt: ex quo sequitur q̄ uoluptas non est in caro nidore: idest odore & sapore epularum quæ cari constant: sed est in te: nam quando famesces omnia suavia erunt. Quere pulmentaria: idest suaves epulas. Sudando. i. laborādo. i. labora. nā cū pp̄ter labore famesces ipe panis erit p̄ suauissimo pulmentario. Pinguē uitiis & albū. i. turgidū & pallescentē ex crapulla. Ostrea & scaurus. Qui pisces in ficio erant apud antiquos. Lagois auis quæ leporinas habet carnes. nā λαγώς apud grecos lepus est. Vix tamē. Si quis naturalē appetitū & nō corruptū sequat neq̄ biber neq̄ edet nisi siti atq̄ fame stimulante: & tunc quæq̄ uilissima placebūt. Sed si saginis ac male decoctis humoribus stomachus repletus fuerit exoritur nausea: atq̄ fastidium: & tamen qui superfluis uoluptatibus gaudet cum illis egre careat querit delicatores cibos: & aliquando magis opinione quam gustu mouetur. Qua propter pauonem præfert pulchritudine pennarum. Ergo uix eripiam idest cum difficultate extorquebo: ut apposito pauone uellit potius gallinam quam illum. Tergere palatum. Fricare palatum: in quo inest summa in gustu uoluptas. nam in palato scdes gustandi est. Vanis rerum. uanitate rerum. Veneat. uendatur. Auro maiori pretio. Rara. non uulgata apud multos. Pandat spectacula cauda. i. pādat caudā: ut illam intuentibus spectaculo prebeat. Nam tāquam illa glorietur dicunt q̄ laudatus caudam pandit. Ad

Verū hic impransi meū disquirite: cur hoc? Dicā si potero. male uerū examinat oīs Corruptus iudex leporē sectatus: equo ue Lassus ab indomito: uel si romana fatigat Militia: assuetum græcari: seu pila uelox Molliter austērū studio fallente labore. Seu te discus agit: pete cædentē aera disco Cū labor extuderit fastidia siccus inanis Spne cibū uilē: & nisi hymetia mella falerno Ne biberis diluta. foris ē pmus: & atrum Defendēs pisces hiemat mare. cū sale panis Latrātē stomachū bene leniet. ūde putas. aut Qui partū: nō in caro nidore uoluptas Sūma: sed i te ipso ē tu pulmentaria quare Sudando pinguē uitiis albūq; neq; ostrea Nec scaurus aut poterit pegrīa iuuare lagois. Vix tamē eripiā posito pauone uelis quin Hoc potius q̄ gallina tergere palatum Corruptus uanis rerū: qa ueneat auro Rara auis: & picta pādat spectacula cauda

*prommū*

*pulmentaria*

*gōis ostrea formicā*

*palatu*